

A huius uitæ procellosissimæ gubernaculū, ad ligāda & soluēda peccata claves regni cœlorum primus apostolorū Petrus accepit, eisdēc̄p omnibus sanctis propter uitæ illius secretissimæ quietissimū sinū, super pectus Christi Ioānes euāgelista discubuit, quoniā nec iste solus, sed uniuersa ecclesia ligat soluitq; peccata: nec ille in principio uerbū dēu apud dēu, & cætera de Christi diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate atq; unitate sublimia, quæ in illo regno facie ad faciē cōtemplāda, nūc autē donec ueniat dñs in speculo atq; in ænigmate cōtuenda sunt, quæ prædicādo ructaret, de fonte dñici pectoris solus bibit, sed ipse dñs ipsum euangelium pro sua cuiuscq; capacitate omnibus suis bibendū toto terrarū orbe diffundit. Sūt qui senserint, & hi quidē non cōtemptibiles sacri eloquij tractatores, à Christo Ioāne apostolū propterea plus amatū, q; neq; uxorē duxerit, & ab ineunte puericia castissimus uixerit. Hoc quidē in scripturis canonicis nō euidēter apparet, ueruntamen id quoq; multū adiuuat congruentiā huiuscē sententiæ, q; illa uita per eū significata est ubi nō erūt nuptiæ. Hic est discipulus ille q; testimoniū phibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerū est testimoniū eius. Sunt aut̄, inquit, & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribātur per singula, nec ipsum arbitror mundū capere eos qui scribēdi sunt libros. Non spacio locorū credendū est mundū capere nō posse, quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta nō ferret. Sed capacitatem legentiū comprehendī fortasse nō possent, quāuis salua rerū fide, plerūq; uerba excedere videātur fidē, quod nō sit qñ aliquid quod erat obscurum uel dubiū, causa & ratione reddita exponitur: sed qñ id quod apertū est uel augetur uel extenuatur, nec tñ à tramite significādat ueritatis erratur, qm̄ sic uerba rē quæ indicatur excedūt, ut uolūtas loquētis nec fallētis appareat, qui nouit quoq; credatur, à quo ultra q; credēdū est, uel minuitur loquēdo aliqd uel augetur. Hūc loquēdi modū græco sermone, nō solū græcarū, uerūtiā latinarū litterarū magistri Hy perbolēn uocāt: qui modus, sicut hoc loco, ita in nōnullis alijs diuinis litteris inuenit, ut est. Posuerūt in ccelū os suū: & Verticē capilli perambulantiū in delictis suis, & multa huiuscē modi quæ scripturis sanctis non desunt, sicut alijs tropi, hoc est locutionum modi, de quibus operosius disputationē, nisi euāgelista terminatē euāgeliū suū etiā ipse cōpelleret meum terminare sermonem.

B Enarrationum in Ioannem finis.

Psal. 72. C. 57

D^r AVRELII AVGUSTINI

EXPOSITIO IN EPISTOLAM BEATI IOANNIS.



EMINIT sanctitas uestra euangelium secundū Ioannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nunc interposita est solennitas sanctorū dierum, quibus certas ex euāglio lectiones oportet in ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ ut aliæ esse nō possint, ordo ille quē suscepēramus, necessitate paululum intermissus est, non omisſus. Cum autē cogitarem quid secundū hilaritatem præsentium dierum per hāc hebdomadā uobiscum de scripturis agerem, quantū dominus donare dignatur, quod posset in istis septem uel octo diebus finiri, occurrit mihi epistola beati Ioānis, ut cuius euāgeliū paululū intermis̄sus, eius epistolā tractādo ab eo nō recedamus: præsertim quia in ipsa epistola satis dulci omnibus quibus sanū est palatū cordis, ubi sapiat pennis dei, & satis memorabili in sancta ecclesia dei, maxime charitas cōmendatur. Locuturus est multa, & propè omnia de charitate. Qui habet in se unde audiat, necesse est gaudeat ad quod audit: sic enim illi erit lectio ista, tanq; oleū in flāma. Si est ibi quod nutritur, nutritur & crescit & permanet. Item quibusdā sic esse debet tanq; flamma ad fomitem, ut si non ardebat, accidente sermone accendatur. In quibusdam enim nutritur quod est: in quibusdam acceditur si deest, ut omnes in una charitate gaudeamus. Vbi autē charitas, ibi pax, & ubi humilitas, ibi charitas. Nam ipsum audiamus, & ad eius uerbū quæ dominus suggestit, etiā uobis ut bene intelligatis, loquamur.

K. 4